

## Advertencias para

principuê, qui in populis Indorum, vbi com-  
morantur Hispani, inhabitant. Nam nullus  
ferê est Hispanus, qui non credat, & se iac-  
tet, talem esse, apud quem debeat sacrum op-  
timo iure, celebrari. Idem pater Emanuel  
videatur etiam circa propositum dubium. 1.  
p. Summę. cap. 245. concl. 1. Et in Addi-  
tionibus ad Cruciatam. §. 13. num. 18. fol.  
104. &c. vbi melius loquitur, quàm in Ex-  
positione Bullæ.

### ✻ Altaria priuilegiata. ✻

I ¶ Gregorius. 13. die. 8. Septembris, anni Do-  
mini. 1573. ad decennium concessit singula  
Altaria priuilegiata in singulis Ecclesiis So-  
cietatis in partibus Indiarum, nominãda per  
Superiores eorundem locorum. Quam gra-  
tiam idem postea extendit ad aliud decenni-  
um : quod fuit finitum die. 11. Augusti anni  
1593. ita habetur in Compẽdio Indico Socie-  
tatis. §. 2. Sed hæc gratia fuit prorogata pri-  
mum à Sixto. 5. ad aliud decennium dein-  
de à Gregorio. 14. ad alios. 20. annos, com-  
putandos à die. 21. Septembris, anni Domi-  
ni. 1591. iuxta quam computationem, finiet  
nisi